Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



aut turpitudo. aut stultiloquium. aut scurrilitas.

uitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia. aut auaritia. nec nominentur in uobis sicut decet sanctos. q̃ ad rem n̄ pertinet. sz magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes. qd omnis fornicator aut immund. aut auarus. qd est ydolorum seruitus. n̄ habet hereditatem in regno xp̃i et dei. Nemo uos seducat inanib uerbis. Propter hoc enim ueniet ira dei. in filios diffidentiae. Nolite ergo effici. participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in dño. ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est. in omni bonitate. et iustitia et ueritate. Gr. Exurge domine non preualeat homo iudicentur gentes in conspectu tuo domine. ℣. Iniquitates conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur et peribunt a facie tua. ℣. Ad te leuauit oculos meos qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus domino suorum. ℣. Et sicut oculi ancillae in manibus domine sue. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Luca.

Illo tempore. Erat ihs eiiciens demonium. et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium. locutus est mutus. et admirate sunt turbe. Quidam autem ex ipsis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum. eiicit demonia. Et alii tentantes. signum querebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. et domus super domum cadet. Si